



Ibi Luna recedit à * ☉ ad ♄, & sic ☾ defert caliditatem ☉ ad ♄ qui etiam est calidus, & sic augetur Martis caliditas, eo quòd Sol dat uim suam ♄, quam ☾ à Sole per aspectum accepit.

Contrarietatem uel destructionem coniunctionum planetarum doctè capere; Canon XXVIII.



Oc fit, quando tres planetae in eodem fuerint signo, quorum unus sit ponderosus, alij uero duo leuiore, ita tamen ut unus duorum leuium, transierit ponderosum, & alter petat coniunctionem ponderosi, sed antequam iungatur eidem ponderoso, ille qui transiit ponderosum, fit at retrogradus, & iungatur ponderoso per retrogradationem, & transiens ponderosum, iungitur etiam alteri leuiori, quoniam sic destruitur ☉ prioris cum ponderoso, ut ♄ 0. m̄, ♃ 8. m̄, ♃ 12. m̄ retrogradus, Iupiter ibi petit ☉ ♃. Sed antequam corporaliter uenit ad eum, ♃ incipit retrogradari, & prius uenit ad ♃ retrograde, & deinde obuiat Ioui, & sic destruit ☉ ♄ & ♃. Hec ab alijs interpositio dicit.

Abscissionem luminis uel naturæ unius planetæ ab altero discernere. Canon XXIX.



Oc fit dupliciter. Primo, cum planeta leuis, petit ☉ ponderosi, sed antequam iungatur ei, alter planeta iungitur illi ponderoso, per retrogradationem, & sic abscindit lumen primi à ponderoso, & est quasi idem quod contrarietas, nisi quòd hic tertius planeta, ponitur in principio sequentis signi, & primi duo, circa finem antecedentis signi, ut

Ibi